

Repetitio. S. Fa

mosos, constituti in l. Capitaliū, ff. de poe,
edita ac publice disputata per Iacobum
Boullenc Ebroicensem, iuris utriusq; Pro
litam, in almo Aurelianensi gymnasio. In
qua poena homicidii furtiq; disceptatio:
cui annexatur Quadragintaquinq; Ca-
sus : in quibus homicida a poena mortis
relevatur.

Optima repetitio



46-8-11.

15 8 78



12 13
Ite fuit consiliariis egregiis preceps ut atestaret
ab origine proximo constitutum gallego s.n. 23.

Ad Ioannem Brinonium dignissimum Allenconii
Cancellarium: necnon eminentissimum Rothoma-
gésis Senatus Protopræsidé: Iacobi Boullenc Ebroi-
censis, inter iuris vtriusq; Prælitas minimi, in sequē-
tem Repetitionem

Præfatio.



Eras est Indicē gēris obseruatio
eminentissime protopreses, si Ce-
lio Rhodigino cultioris literatu-
re antistiti dñissimo credim⁹:
vt si rex Indic⁹ visendū se publi-
ce præbeat, confessim appareant
argenteis thuribulīs ministri cō-
plures conspicui, iter vniuersum
quo vectatur suauissimis odoris
bus vaporātes. Cuius populi an-
tiquum hunc ritum cum apud
me cogitabūdus exquisitus reputarem, succurrīt optimos
quosq; Neustrici honoris asseclas vel maiori veneratiōe am-
plitudinē tuam vbi cunq; se visendam exhibuerit prosequi
iure debere: vt pote quē prudentia (quē ars vitē est) ppe sin-
gulari consilioq; p̄sentissimo præcellens reipublicę Norma-
nicę habenas iam multos annos adeo callēter regit, adeo sa-
pienter moderatur, vt nullius regionis status (absit inuidia
verbo) sit fortunatior: vt illa gubernante male yehi nequea-
mus, illa administrāte diuitis & pauperis, nobilis & plebei,
Cœsi & Irī ius aqua lance trutinetur, vt illa clavum regē-
te, nulla procella, nullus turbo nostrę sit cymba pertimescē-
dus. Est enim fons iustitiae vberimus, a quo suauissimos la-
tices posteritas in pocula ductura est. Quandoquidem Pu-
pillum & viduam suscipis, & vias peccatorum disperdis, &

a. ii.